

Nunc audite mirabile factum,
 Magna enim vos docebo,
 Qualiter Rex se super omne genus efferat,
 Et audite quid nobilis sylvarum dominus dicat,
 Hostes meos omnes superavi & vici,
 Venenosumq; draconem pedibus meis subegi,
 Sum Rex eximius & dives in terris,
 Me nemo superior natus
 Nec artibus, nec natura
 Ab omni vivente creatura:
 Omnia enim facio quæ homo cupit,
 Do potestatem, salutem durabilem,
 Insuper & aurum, argentum, gemmas, pretiososq; lapillos,
 Omnemq; medicinam maximam & minimam.
 In primis enim eram genere ignobili,
 Antequam tam sublimi loco natus & constitutus essem.
 Et quod ad tantum fastigium devenerim,
 Hoc mihi Dei, & naturæ beneficio datum est.
 Quodq; ex pessimo sit factum optimum,
 Et ad tantum gradum evectum sit
 Nempe ad statum regium,
 Hinc mihi Hermes nomen sylvarum domini tribuit.

Domi-